



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

Cap. XXIII. An subditus possit aliquando facere præter verba Legis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

tum est, quod tunc omni Jure & Ratione, ab ea sit solitus & liber. V.G. à vectigalibus solvendis, & aliis similibus.

C A P U T XXIII.

An subditus possit aliquando facere prater verba LEGIS?

Quando agere secundum verba LEGIS. Quesset contra Intentionem LEGISLATORIS, idque subdito constaret, non debet agere secundum verba LEGIS. D. Thomas hic q. 96. art. 6. quia intentio & mens LEGISLATORIS est, veluti anima LEGIS. Unde hęc semper spectanda est, ita, ut contra LEGEM agant, qui, et si verba LEGIS servent, tamen scienter contra intentionem LEGISLATORIS faciunt.

Quando autem dubium est, utrum LEGISLATOR intendat in hoc casu obligare subditos, tenentur illum consulere, si res patiatur moram; sin minus, & ex alterā parte probabile sit subditis, LEGISLATOR EM, si adesset, declaraturum, quod non intendat obligare, hoc casu tunc non tenentur. Colligitur ex D. Thoma hic, & docet Cajetanus: quia, licet speculativè dubium sit, utrum hic obliget LEX; Tamen

K pra-

practice certum est, non obligare, quia iusta
præsumptio est, quod tunc non obliget. Poli-
tis enim ejusmodi circumstantiis, ratione
consentaneum est, quod LEGISLATOR
nolit subditos obligare.

C A P U T XXIV.

*An LEX Humana possit aliquando mutari? Et si Mutanda, quando
occurrit aliquid melius?*

Duplices potest esse causa, cur LEX Hu-
mana ritè & justè mutetur. Prior de-
sumitur ex parte LEGISLATORIS,
qui, ut fert humani ingenii imbecillitas, non
potest semper satis exactè prospicere, & cog-
noscere omnia, quæ in LEGIBUS con-
dendis consideranda sunt, quo sit, ut tempo-
ris successu, & rerum usu deprehendatur, alle-
quando obesse, aut minus utile esse commu-
nitati, quod credebatur utile futurum, unde
tunc rectè LEX mutabitur. Posterior cau-
sa desumitur ex parte ipsorum subditorum,
quorum qualitates & mores decursu te-
nis contingit, subinde plurimum mutari, ei-
quâ occasione etiam LEX aliquando mu-
tanda est, ut docet S. August. lib. i. de liberis
arbitr. cap. 5: & 6. Et inter alia ponit hoc es-
emplum: V. G. LEX habet, quod populus

q.